



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

Conradvs Gesnervs Jn Bibliotheca.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11153**

## IOANNES TRITHEMIVS ABBAS,

*De Scriptoribus Ecclesiasticis.*

**M**ARCELLVS, Marci vrbs Romæ Præfecti filius, Simonis Magi quondam discipulus, litteris sæcularibus sufficienter instructus, prædicatione B. Petri Apostoli ad fidem Iesu Christi conuersus, multa ad vtilitatem Ecclesiæ Dei composuit. Scripsit enim, rogantibus Christianis,

*De conflictu S. Petri & Simonis Magi, lib. 1.**Ad SS. Nereum & Achilleum, lib. 1.**De actibus Petri & Pauli, lib. 1.**De artibus Simonis, lib. 1.**De obitu S. Petronilla, lib. 1.**De passione S. Felicula, lib. 1.**De passione S. Nicomedis, lib. 1.*

Alia quoque de Sanctorum gestis edidit, quæ ad notitiam nostram non venerunt.

Claruit Romæ temporibus S. Petri Apostoli, ann. Domini 50.

## CONRADVS GESNERVS

*In Bibliotheca.*

**M**ARCELLVS, Marci vrbs Romæ Præfecti filius, Simonis Magi quondam discipulus, scripsit rogantibus Christianis,

*De conflictu S. Petri & Simonis, lib. 1.**Ad SS. Nereum & Achilleum, lib. 1.**De obitu S. Petronilla, lib. 1.**De passione S. Felicula, lib. 1.**De passione S. Nicomedis, lib. 1.*

Alia quoque de Sanctorum gestis edidit.

Claruit anno Domini 50.

FRAG